



Georg 539



Georgs-B.

6 d. 9. 11. 12.

4.

X

Acta. S. Martini

Luther Augustiniani apud

Dominū Legatum Apostolicum

Augustæ.



PIO LECTORI MARTINVS
LVTHER. S.

¶ Ignosce mihi chariss. lector q̄ toties nugis meis horas tibi p̄do, facio id multū inuitus, dandum rogo putes, & hoc necessitati, placuit in cœlo, vt & ego fabula hominū fierē, quod tamen sic me debere dño cōfiteor, vt nō dubitē id totū, ihs quoq̄ hoibus tribuēdū, quibus tanta est auritū pietas, vt suauissima pijsimāq̄ veritate offendantur, vsq̄ ad inanem cordis & oris & operis impietatem, Vexauerūt tam diu Ioānē Reuchlm̄ secretariū Cōsultorē, vexāt nūc me quæstionariū (vt sic dixerim) disputatorē, nec consilia, nec disputatiōes passuri. Speram⁹ fore deinceps, vt præ ocio suo infœlicissimo somnia quoq̄ & cogitationes mortaliū vexent. Quis enī ab ijs Behemoth dentib⁹ secur⁹ est, q̄n̄ eos deuorant, q̄ secrete cōsulant, aut aperte doceri tm̄ petunt? Nouū (deū immortalē) & memorabile crimen voluisse doceri, & quæsiuisse veritatē. Atq̄ id in Ecclia regnoq̄ veritatis. In qua etiam oportet rationē reddi omnibus poscentibus. Sed hæc alias. Nunc mi lector, quod ago tale est, video libellos edi, & rumores vārios spargi de actis meis Augustēlib⁹, q̄q̄ vere nihil ibi egerim, q̄ q̄ & tēpus, & sumptus perdididi, nisi id satis abunde fuerit operis, q̄ nouā auidiū linguā latinā, scilicet, q̄ veritatem docere, idem sit, quod Ecclesiam perturbare. Adulari vero et Christiū negare, id est, Ecclesiam Christi pacificare et exaltare, neq̄ enim video, quō tu non sis barbarus Romanis, & Romani tibi, si hanc nescieris eloquentiā, etiā si alias Ciceronis eloquentiā superes. Igitur ne in alterutram partē, vel amici nimīū eleuent, vel inimici nimīū deprimant causam, volo ipse in publicum dare ea quæ obiecta mihi & quæ a me responsa fuere, simul vel hoc testimonio, notum facturus, me præstitisse satis arduā, & abunde fidelem obedientiā Romano Pontifici, primū, q̄ pauperculus, imbecillisq̄, pedester tm̄ tantis itineri & periculis me dedi, nec iustissimas & honestissimas, omnīū iudicio, absentiaē causas, apprehendi, deinde coram eis sisti passus, qui de factione partia aduoluntate, iustissimū p̄egerunt me reñci. Has autem iniquas & difficiles conditiones (quantū natus olfacit) ideo mihi vident amici isti adornasse, & omnia præstruxisse, vt nō veritatis inquisitionē, sed perditionē meā facillimē operarent, nec aduentum meum sperasse, sed contumaciā meam desyderasse vident, quæ

latis mo
ius rei i
mo coe
domo
nia, nec
uum q̄
quid ob
ciē habē

¶ Igitur
nia & c
& sūpt
mittere
suscept
ter ac p
hi frat
tare dis
manda
ad cor
futuru
perturb
sine lab
fuisse q
mihi co
quæ in
lvij. no
itaq̄ vt
bat enī
gantem
¶ Secū
ram ne
accessu
potius
batq̄ h
nantib⁹

¶ Mihi
amula

latis mox censuris, causaq; nec audita nec cognita, triūpharent. Cuius rei non leue argumentum mihi fuit, q; post aduentum meū primo coeptū est quarī, in quibusnā accusarer. Atq; vsq; hodie sunt in domo Caiphæ scripta mea, vbi quarunt aduersus me falsa testimonia, nec adhuc inuenta sunt. Etiam iste (vt video) nouus mos, nouumq; ius Romanæ curiæ coepit, vt Christū prius capiant, deinde quid obijciant, quarant. Duo tamen mihi, immo vnum, quod specie haberet, obiectū est commētū extrauagantis, vt videbis statim.

¶ Igitur ne & Illustris, Principē Electorē Fridericū ducem Saxonie &c. frustra p me laborasse permittē (clementissime enim me & sūptu & Epistolis cōmendatijs puidit, atq; vt causa ex vrbe cōmitteretur, gratiosissime iam antea laborauerat) veni Augustam, susceptusq; fui a Reuerendis, dño Cardinale Legato, satis clementer ac prope reuerentius, vir enim est, omnib⁹ nominibus alius, quā hi fratrum venatores robustissimi, Hic, vbi se nolle mecum disputare dixisset, sed suauiter & paterne rem componere, tria mihi de mandato dñi Papæ (vt asserbat) facienda proposuit. Primum, vt ad cor redirem, erratusq; meos reuocarem. Deinde pmitterem in futurum abstinere ab eisdem. Tertio, & ab omnibus quibus Ecclia perturbari possit. Ego qui talia, etiam Vuitenbergæ sine periculis, sine labore tanto, me facere potuisse videbam, nec in Augusta mihi fuisse quarenda, mox petij doceri, in quibus errassem, me non esse mihi consciū vllius erroris, tunc protulit extrauagantē. Cle. Sexti quæ incipit. Vnigenitus &c. q; contra eam, asseruisse propositione lvij. non esse merita Christi indulgentiarum thesaurum. Urgebat itaq; vt reuocare, instabatq; cū fiducia, certissim⁹ de victoria, cōfidebat enim, atq; adeo securus psumebat, me non vidisse Extrauagantem, fretus fortassis eo, quod non omnes codices eam habent.

¶ Secūdo obiecit, quod propositione. vij. inter declarandū docueram necessariā esse fidem, accessuro ad sacramentū aut, in iudiciū accessurū. Hanc enim nouā et erroneā doctrinā putari voluit. Sed potius incertū esse omnē accedentē, grām cōsequeret nec ne, faciebatq; hac fiducia sua, præsertim aridētibus, et pro more suo cachinmantibus Italis cæteris familiaribus suis, vt victo similis viderer.

RESPONDI TVNC.

¶ Mihi nō solū istam Cle. esse diligenter visam, sed & alteram eius æmulam & analogā Sexti quarti (vere enim legeram vitrasq; vna

A. ij

cum verbosissimo, & qui fidem illarum merito derogaret apparatu tanta est refertus inscitia) verū non habuisse eam apud me satis auctoritatis, cū alijs multis, tum ea maxie causa, qđ scripturis sanctis abutitur, & verba (si modo sensus vsitatus subsistere debet) audacius torquet in alienū sensum, quē suo loco non habent, immo contrarium habent, Ideo scripturas, quas ego in propositione mea sequor, esse ei preferendas omnino, ac nihil inde probari. Sed recitari dumtaxat ac narrari opinionem. S. Thomæ.

¶ Tunc cœpit aduersus me potestatem Papæ cōmendare, qm̄ supra Conciliū, supra scripturā, supra omnia Ecclesiæ sit, vt id persuaderet, reprobationē & abrogationē Concilij Basiliēn, recitauit, ac Gersonistas quoq; vna cum Gersone damnandos censuit. Hæc vt erant noua in auribus meis, Negauī contra, Papam super Conciliū, supra scripturā esse. Deinde & Vniuersitatis Parrhisiensis appellationem cōmendauī, multaq; confusa inter locutione de pœnitentia, de gratia dei, miscebamus. Nam alterā illā obiectionē cū dolore audiui, nihil enim minus timuissē, q̄ hanc rem in dubium vocandā aliquando, ita in nulla propemodū re cōueniebamus. Sed vt altera alterā inueniebat (vt sit) ita semper noua surgebat cōtradictio. Cū autē viderē ista contentione nihil agi, nisi multa inchoari, & nulla consumari, ac iam vere nos nihil, nisi multas extrauagantes cōminisci, presertim cū ille (vt vice pontificis summi) nollet cessisse videri, petij, vt tempus daret de liberandi.

¶ Altera die presentibus quatuor Casariæ maiestatis senatoribꝰ adductis notario & testibus, ptestabor pprie & personaliter legēs, coram Reuerendissimo. D. Legato, in hunc qui sequitur modum.

¶ In primis, Ego frater Martinꝰ Luther Augustinianus protestor me colere & sequi sanctam Romānā Ecclesiam in omnibus meis dictis & factis presentibus, preteritis & futuris, qđ si quid cōtra, vel aliter dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo,

¶ Verū ex quo Reuerendissimus dñs &c. mihi de mandato domini Papæ, vt asserebat, proposuit & exegit, vt super disputatione, quam de indulgentijs habui, tria hæc facerem. Primum, redirem in mei cognitionem, & errorem reuocarem. Secundum, cautelā præstarem de futuro non repetendis. Tertium, promitterem abstinere ab omnibus quæ Ecclesiam dei perturbarent.

¶ Ego qui disputauī & veritatē quæsiui, quereudo delinquere nō

porui, multominus ad reuocationem cōpelli, non auditus neq; conuictus. Hodie protestor, me nō esse mihi consciū aliquid dixisse, quod sit contra sacrā scripturam, Ecclesiasticos patres, aut decretales Pontificum, aut rectam rationem. Sed omnia quę dixi, hodie quoq; mihi sana, vera, catholica esse videntur.

¶ Nihilominus tamen sum homo, potens errare, submiti me, & etiam nunc submitto iudicio & determinationi legitimę sanctę Ecclesię & omnibus melius sentientibus. Tamen ad superabundantiā, offero me personaliter hic vel alibi, etiam in publico reddere rationē dictorum meorum. Quod si hoc non placet Reuerendissimo domino &c. paratus sum vel in scriptis, suis obiectionibus, si quas contra me producere destinauerit, respondere.

¶ Et super illis audire iudicium et sententiā doctorum insignium vniuersitatum imperialiū, Basiliensis, Friburgē, Louaniensis, Aut si nec id satis est, etiam Parrhisiensis studiorum parentis, & ab antiq; quo semp Christianissimę, ac i Theologia florētissimę vniuersitatis. Quo factō repetijt disputationem hesternam de obiectione priore. Illa enim multā speciem pro sua sententiā visa est habere. Me vero tacente, & iuxta protestationem in scriptis respondere promittente, rursus satis cōfidebat. Tandem admissa scriptili responsione, abistum est, tenor, & textus responsionis est iste.

¶ Reuerendissimo in Chro patri & dno dno Thomę tit. S. Sixti Cardinalis sanctę sedis apostolicę legato &c. F. Mertinus Luther Augustinian⁹ salutē. Qz nō detrectem rñdere, libensq; veli rationē reddere de singulis specialibusq; meis dictis Reuerendissime in Chro P. vt obiectionib⁹ satisfaciā, quas heri & nudius mihi obiectas memini hac volui ep̄la humiliter protestari, nam duo sunt quę mihi sunt a P. T. R. obiecta. Primū extrauagans illa Clemētis sexti, quę incipit Vnigenit⁹ &c. in q̄ thesaurus indulgentiarū asseri videt esse merita Christi et sanctorū, quod ego, in positionibus meis video negare. Respōdeo itaq;. Non fuit mihi incognita extrauagans illa, cū istas meditatiōes meas meditabar. Sed cū certissimus essem, vnamq; totius Ecclesię sniam esse scirem; Merita Christi in spiritu non posse cōmitti hoibus, nec tradi per homines, aut ab hominibus, sicut tamen extrauagās ista sonare videbatur, volui intactam relinquere, alijsq; ingenijs melioribus committere, magnas illas molestias & angustias, quas pro tuēda Papę reuerētia paciebar. Occur-

A iij

rebat enim & monebat, primo, q̄ nuda essent verba Pontificis, & aduersus contentiosum vel hereticū, inualidum praesidium. Deinde si quis diceret, Turpe esse Principem loqui sine lege. Et iuxta Zachariam. Non verba hominis, sed legem dei requirendam ex ore sacerdotis. Item, q̄ verba scripturae torquet, & in alienum sensum eis abutitur. nam quae de gratia iustificante dicta sunt, ad indulgentias trahit, quo videbatur magis narrare, & magis opinione quadā pia exhortari, q̄ solida demonstratione aliquid probare. Vexabat etiam, q̄ fieri posse constat decretales aliquando erroneas esse, & contra sacras literas & charitatem militare. Nā licet decretales Ro. Pontifi. tanq̄ vocē Petri oportet audire, vt dicitur dis. xix. tamen hoc ipsum intelligit, de his solum (vt dicitur ibidem) quae consonae sunt sacrae scripturae, & a prioribus patrum decretis non dissentiunt.

¶ Accessit ad hoc, q̄ de facto Petrus non incedens ad veritatē Euāgelij, reprehensus est a Paulo Gal. ij. Ideo non mirū videri, si successor eius in aliquo defecerit. Quandoquidem & Act. xv. Doctrina Petri non fuit suscepta, donec accederet & approbatio Iacobi minoris, Ep̄i Hierosolymitani, & totius Ecclesiae consensus, vnde fluxisse videt id iuris dogma, legem tūc firmari, q̄ vntium moribus approbatur. Praeterea, q̄ multae decretales priores correctae sunt per posteriores, ideoq̄ & hanc forte pro tēpore suo corrigi posse. Panor, quoq̄ li. i. de elect. c. Significasti, ostendit in materia fidei nō modo generale Cōciliū esse super Papā, sed etiam quēlibet fidelē, si melioribus nitatur auctoritate & ratione q̄ Papa, sicut Petro Paulus Gal. ij. Quod & illo. i. Chorin. xiiij. cōfirmatur. Si fuerit alteri sedenti reuelatū, prior taceat, ideo sic vocem Petri esse audiendam, vt tamen liberior sit vox Pauli eū redarguentis, porro omnīū superior vox Chri. ¶ Maxime vero laborabā, q̄ eadem extrauagans, manifestissime mihi apparebat falsa quaedā continere. Primo, q̄ dicit merita Sanctorum esse thesaurum, cum tota scriptura dicat, deum vltra condignum praemiare, vt Ro. viij. Non sunt condignae passionis huius temporis. Et. B. Aug. lib. i. retract. xix. Tota ecclesia vsq̄ in finē mundi orat, Dimitte nobis debita nra, ergo non supfluere alijs posse, quae nec sibi sufficerēt. Inde virgines sapientes noluerūt oleū cōicare insipientibus. Et. b. Aug. lib. ix. cōces. Vt hominū vitē quantumcunq̄ laudabili, si remota misericordia iudicetur. Et Propheta, Non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non

Iustific
meriti
nibus
decre
derē a
potius
scribu
humar
sub ve
euang
erat, q̄
nec in
¶ His
& alio
videre
me a su
rare ea
bor pr
uagan
¶ Pri
loquen
ctiois.
tum el
debita
hoc lo
mittit
saurū
vibus,
aperit,
tiarū su
impro
rito Cl
te clau
lx. Th
hoc sen
scilicet
peterg

lustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Ideo sancti non suis meritis, sed sola dei misericordia salui fiunt, ut latius dixi in resolutionibus. Et uero non eram tam insigni temeritate, ut propter unam decretalem Pontificis hominis, tam ambiguam & obscuram, recederem a tot & tantis diuinæ scripturæ testimonijs apertissimis, quin potius arbitrabar quæ rectissime, uerba scripturæ, quibus sancti describuntur deficere in meritis, incomparabiliter preferenda uerbis humanis, quibus scribuntur abundare. Cum Papa non super, sed sub uerbo dei sit, iuxta illud Gal. i. Si angelus de cælo aliud uobis euangelisauerit quæ accepistis, anathema sit. Iam illud quoque non nihil erat, quod Petro hunc commissum thesaurum dicit, de quo nihil constat, nec in euangelio, nec ulla scriptura.

¶ His perturbatus molestijs, ut dixi. Consiliū mihi fuit quiescere, & alios audire, cum positiones meas uerissimas usque hodie quoque uiderem. Nunc uero cum uirgeor ipse tentare, quod ab alijs, maxime a summo Pontifice expectare debueram, cuius solius est declarare ea quæ condidit, tamen pro uiribus ingenij & gratia dei, conabor pro tutela sincerissimæ ueritatis, positiones meas cum extrauagante concordare, utraq; seruando in ueritate.

¶ Primū supponendo, quod indulgentiæ prorsus nihil sunt (metaphysice loquendo) quia certū est, eas esse aliud nihil, quæ remissiones satisfactorijs. i. bonorū operū, elemosynæ, ieiunij, orōnis, &c. Ideoque certum est, eas esse bonū priuatiuū, dum permittunt non solui pœnas debitas, aut non fieri labores operum. Quare necessario thesaurus hoc loco, improprie accipitur, quia nihil confertur positiuè, sed permittitur, ut nihil soluatur. ¶ Secundo certo certius est, quod hunc thesaurū Papa non habet uelut in loculo uel cista, sed in uerbo, uel clauibus, uel potestate, quia erogando, non cistā, sed uoluntatē & uerbum aperit, & sic donat. ¶ Tertio. Ideo sequitur, quod thesaurus indulgentiarū sunt merita Christi, non formaliter, nec proprie, sed effectiue & improprie, quia Papa non dat merita Christi formaliter, sed de merito Christi. i. per clauē quæ meruit dari Ecclesiæ suæ. Quia in uirtute clauium est, ut remittat satisfactio, & sic patet, quod recte dixi conclus. lx. Theaurū hunc esse clauē Ecclesiæ, merito Christi donatas, Et hoc sensu uerum est, Merita Christi esse thesaurum indulgentiarū, scilicet improprie thesaurum & meritum Christi accipiendo, patet ergo concordantia extrauagantis cum mea positione.

¶ Quarto, hanc esse mentem Papæ in ista extrauagante, probant ipsa verba Papæ, vbi dicit, hunc thesaurum Petro & successoribus suis a Christo commissum, sed constat & certum est, nihil Petro commissum, præter has clauas regni cœlorū, que sunt merita Christi (i. de merito Christi donata) improprie & effectiue vt dixi, Et alterū verbi thesauri de quo dicit, pasc, pasc, pasc oues meas.

¶ Quinto, hanc aut thesauri indulgentiarū intelligētiā, certū est, esse incognitā apud populū Chri & innominatā, vt dicit cōclu. lvi, q̄a fere non dicunt, nisi impropria & obscura illa noīa, thesaurus, merita Chri &c. ideo fere credūt, sese bonū aliquod propriū & positiuū cōseq, sicut donū aliqd' aut grām, cū tñ nō consequant nisi ministrariū clauū, quo soluunt, ne satisfaciant pro peccatis, ac sic priuatiuū bonū accipiūt & impropriū thesaurū. Et ille est inexhaustus & infinitus q̄a virtus clauū ē inexhausta, q̄ in merito Chri immediate nititur, indulgentiæ vero mediate. Ac ideo pōt etiā dici merita Christi esse Theaurū indulgentiarū, mediate. ¶ Sexto Sicut admitterē etiam merita sanctorū eē hūc thesaurū scz improprie, i. q̄ merita sc̄torū p fidē Chri incorporata & vnū cum eis facta, iam idem sint & faciant qd' merita Chri iuxta illd', q̄ vita iusti nō est ipsi, sed Chri i eo viuētis. Gal. ij. Viuo ego, nō ego, viuit x̄o in me Chrus. Nā merita sanctorū vt sc̄torū, nihil essent, & damnabilia vt supra dixi, vt B. Aug. Vbi nō ego, ibi foelici⁹ ego, q̄a Chrus & ecclia sūt duo i carne vna.

¶ Septimo. Verissimū tñ est, merita Chri non esse thesaurū indulgentiarū positue pprie, & immediate, vt aliquid conferant, sicut intelligūt rudiores, q̄a qñ cōferunt donū positiuū, faciunt, id nō vt indulgentiæ thesaur⁹, sed vt grāe vitalis thesaur⁹, tūc enī formalit, pprie, immediate donant sine clauibus, sine indulgentijs a solo Spūsc̄to. nō aut vnq̄ a Papa. Quia p charitatē hō fit vn⁹ spūs cū Chro. Idō participat oib⁹ bonis eius. Et hoc est quod mea conclu. lviij, dicit. Nec sunt merita Chri, q̄a hæc sine Papa opant grām hoīs interioris

¶ Breuiter itaq; patet, q̄ merita Chri necesse est dupliciter accipi, si salua debet extrauagans cōsistere. Vno mō pprie & formalit, et sic sunt thesaur⁹ vitæ spūs, & ppriissime a solo spūsc̄to distributus, cui voluerit. Alio mō impprie & effectiue & lraliter, p eo qd' meritis Chri effectū ē. Et sic vt extrauagans impprie iducit scripturas, ita etiā, pprie thesaurū, improprie merita Chri, & omnia improprie accipi. Quo factum est, vt esset ambigua, obscura, & occasio iustitiae

ma dif
¶ Qu
terpre
tra Ca
mens
¶ Ha
& Re
ra age
gātē e
tentiā
Christi
quidui
se meri
uit, qu
Ideo c
indulg
hæc ipi
¶ Ob
nē iust
creder
tur. Si
gratiam

¶ Pri
in deu
iam iu
eius. Q
lis, mor
la fruct
exciden
¶ Secu
tit aut
tum est
& sine
egrediu
¶ Ter
cessariu

ma disputandi. Ego autē proprie locutus sum in meis positionibus.

¶ Qui habet det meliora, & reuocabo ista, non enim meum est interpretari Canones Pontificum, sed meis positionibus adesse, ne cōtra Canones pugnare videantur. Expectans humiliter si alia fuerit mens Papæ demū declarata, paratus eidem parere.

¶ Hæc omnia tamen dicta volo pro reuerentia sedis Apostolicæ & Reuerendissimi domini Cardinalis &c. Nam si legitima & libera agendum mihi est sententia, contendo & probo eandē extragratiam eē pprie, directe, aperte p me, meaq; cōclusionē. Et cōtra sententiā Reuerendissimi domini Cardi, quia textus expresse dicit, q̄ Christus thesaurum hunc acquisiuit Ecclesiæ &c. hoc verbum acquisiuit euidenter conuincit, atq; concludit irrefragabiliter, aliud esse merita Christi, quibus acquisiuit, & aliud thesaurū quem acquisiuit, quia aliud est causa, & aliud effectus, vt etiam Philosophi dicūt, Ideo conclusio mea stat inuicta, q̄ merita Christi non sunt thesaurus indulgentiarum, sed acquisierunt eum. Nihilominus tamen etiam hæc ipsa submitto iudicio Ecclesiæ vt supra.

¶ Obiectio altera est, q̄ in conclu. mea vñ, declaranda, dixi. Nemi nē iustificari posse, nisi per fidē. Sic scilicet, vt necesse sit, eū certa fide credere, sese iustificari, & nullo modo dubitare, q̄ gratiā consequatur. Si enim dubitat & incertus est, iam non iustificatur, sed euomit gratiam. Hanc Theologiam nouam videri putat & erroneam.

¶ Ad quod Respondeo.

¶ Primum. Infallibilis est veritas, q̄ nullus est iustus, nisi qui credit in deum, vt Ro. i. Iustus ex fide viuuit, ideo quicumq; non crediderit, iam iudicatus & mortuus est, igitur iusticia iusti, et vita eius, est fides eius. Quare & omnia opera fidelis, viua sunt, & omnia opera infidelis, mortua, mala, & damnabilia, iuxta illud. Non potest arbor mala fructus bonus facere. Arbor autem quæ nō facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur.

¶ Secundo. Fides autem est nihil aliud, q̄ illud quod deus promittit aut dicit, credere sicut Ro. iij. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Ideo verbum & fides necessario simul sunt, & sine verbo, impossibile est esse fidem, vt Iſa. lv. Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum &c.

¶ Tertio. Nunc probandum est, q̄ accessuro ad sacramentum, necessarium sit credere, sese gratiam consequi, & in hoc non dubia

tare, sed certissima fiducia credere, alioquin in iudicium accedit.
¶ Primo, p̄ illud Apost. Heb. xi. Oportet accedentē credere quia de⁹ sit, & inquirentib⁹ se remunerator sit, hic patet, q̄ nō licet dubitare, sed firmiter oportet credere, q̄ de⁹ sese inquirentes remuneret.
¶ Q̄ si oportet credere remuneratorē, omnino oportet etiā credere iustificatorē, & gr̄æ largitorē, in p̄nti, sine q̄ premiū non largietur.
¶ Secundo, necessariū est sub periculo æternæ dānationis, & peccati infidelitatis, credere his verbis Christi. Quod cūq̄ solueris super terrā, solutū erit & in celis. Ideo si accedas ad sacramentum poenitentiae, & non credideris firmiter tere absoluendum in coelo, in iudiciū accedis & damnationē, q̄a non credis Ch̄m vera dixisse. Q̄d cūq̄ solueris &c. Et sic tua dubitatiōe Ch̄m mendacē facis, quod est horrendū peccatū. ¶ Si autē dixeris, quid si sim indignus & indispotus ad sacramentū? Respondeo vt supra, per nullā dispositionem efficeris dignus, per nulla opera aptus ad sacramentum, sed per solam fidem. Quia sola fides verbi Christi iustificat, viuificat, dignificat, preparat, sine qua, omnia alia, vel sunt presumptionis, vel desperationis studia. Iustus enī non ex dispositione sua, sed ex fide viuuit. Quare de dignitate tua nihil oportet dubitare. Ideo enim accedis, quia in dignus es, vt dignus fias, & iustificeris ab eo, q̄ peccatores, et non iustos quærit saluos facere. Dum autem credis verbo Christi, iam honoras verbum eius, & eo opere iustus es &c.
¶ Tertio. Hanc fidē multipliciter nobis cōmendauit in Euangelio. Primo, q̄n mulieri Cananeæ dixit O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti. Hic patet, q̄ non de fide illa ḡnali agitur, sed de speciali, quæ erat de effectu sonandę filię, quæ mater petijt. Hunc enim effectū, ipsa fortiter credidit posse & velle Christum efficere, & sic impetrauit. Nunq̄ autē impetrasset, nisi ita credidisset, ergo ad hunc effectum, nulla dispositione, sed sola fide digna facta est.
¶ Secūdo. Q̄n ad cæcos illos dixit, creditis, quia possum hoc vobis facere. Et illi, vtriq̄, ait. Sicut credidistis, fiat vobis. Ecce certi erant q̄ fieret quod petebant, ideo & factum est, sine omni alia dispositione. Si autē dubitassent futurum, nec petissent bene, nec accepissent.
¶ Tertio. Centurio ille, dicit tantum verbo, inquit, & sanabitur puer me⁹, nō vtriq̄ ḡnali fide, s̄ sp̄ali de p̄nti effectu credidit et ipetrauit.
¶ Quarto Ioan. x. Regulus ille credidit sermōni, quem dixit illi Iesus, scilicet, vade filius tu⁹ viuuit. En ipsa fide meruit vitā filij. Ita certe

oportet
quaritur
¶ Qui
tis, cre
cipiend
mo enī
dus est
omnia
¶ Sex
ti huic,
eo vob
multa,
fectum
fides ce
sint in e
¶ Sep
modica
¶ Oct
let autē i
ris, qui
aliquid
ad hanc
dubita
¶ Non
disset, i
beth. B
vnde fi
muelis
nō est a
derunt
breuite
esse leg
destina
Abrah
est ei in
conseq
¶ Dec

m accedit.
credere quia
o licet dubio
remuneret,
etia credere
on largietur.
nis, & pecca
lueris super
tum poenis
elo, in iudic
ixisse. Qd
facis, quod
gnus & indis
a dispositio
um, sed per
ificat, digni
onis, vel de
x fide uiuit,
im accedis,
eccatores, et
erbo Chris
Euangelio.
si fides tua
i agitur, sed
petijt. Hunc
um efficere,
isset, ergo ad
ta est.
n hoc vobis
e certi erant
a dispositio
accepissent,
abitur puer
et ipetrauit,
n dixit illi le
illij. Ita certe

oportet omnem accedentem credere, sese consecuturum quod
quærit, aut nihil consequetur.

¶ Quinto illud Marci. Amen dico vobis, quicquid orantes petier
tis, credite, quia accipietis, & fiet vobis, ecce dicit, quicquid nihil ex
cipiendo. Patet aut, q in sacramento quolibet, petimus aliquid (ne
mo enim sacramentū accedit, nisi gratiā petiturus) ideo hic audien
dus est Christus dicens credite qā accipietis, & fiet vobis, alioquin
omnia nutarent in ecclia, & nihil certe constaret, quod est absurdiss.

¶ Sexto illud. Si habueritis fidē, sicut granū sinapis, et dixeritis mō
ti huic, transi hinc, & non hæsitaueritis in cordibus vestris. Amen di
co vobis, fiet. Et si totū Euangelū percurras, inuenies exempla alia
multa, quæ omnia, non de fide generali, sed particulari, & quæ ad ef
fectum aliquem presentem pertineat, dicuntur Quare necessaria est
fides certa absoluendo, cum sacramenta no, legis, iuxta magistrum,
sint in exercitium & actuationem fidei nostrę instituta.

¶ Septimo. Hinc discipulos & Petrū saepe reprehendit dñs, q eēnt
modicæ fidei, nō gnalis vt dicif, sed spēalis de effectu pñte, vt patet.

¶ Octauro Iacob, c. i. Si qs indiget sapientiā postulet a deo, postu
let aut in fide, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, similis est fluctui ma
ris, qui vento mouet, non ergo existimet homo ille, quod accipiet
aliquid a deo. Ista est certe euidentissima auctoritas, etiā cogens me
ad hanc sententiā, q grām aut sapientiā nullus accipere potest, qui
dubitatur sese accepturum, nec video quid ad eam responderi possit.

¶ Nono. B. virgo nūq̄ cōcepisset filiū dei, nisi angelo nūciante cre
disset, ita vt diceret, fiat mihi scđm verbum tuū, sicut prædicat Elisa
beth. Btā q̄ credisti, qā perficient in te, quę dicta sunt tibi a domino,
vnde fidē ei⁹ mirat̄ diuus Bernardus, & vniuersa Ecclia. Sicut Sa
muelis mater Anna postq̄ credidit verbo Heli, abiit, & vultus ei⁹
nō est amplius in diuersa mutat⁹. Cōtra filij Israhel, qā nō credi
derunt verbo promittentis terrā Canaā, in deserto pstrati sunt. Et
breuiter. Quicqd illustre factū legimus in vete. et noua le, fide factū
esse legimus, nō operib⁹, nec fide generali, sed fide ad pñtem effectū
destinata, inde nihil aliud in scriptura, q̄ fides cōmendat̄, præsertim
Abrahæ. Ro. iij. quę tñ fuit in filiū nasciturū Isaac, & nihilominus
est ei in iusticiā reputata. Sic & nobis in sacramentis fiet, si credimus
consequimur, si non credimus, in iudicium accedimus,

¶ Decimo. Sic. B. Aug. super Ioan, accedit verbū ad elementū, &

fit sacramētū, nō quia fit, sed quia creditur. Ecce baptisimus abluūt,
non q̄a fit, sed quia creditur abluere. Inde & Mariā absoluens, dicit,
Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Inde illud dictum cōmune,
non sacramentum fidei, sed fides sacramenti iustificat, sine qua im-
possibile est, vt sit pax in conscientia, vt Ro. v. Iustificati ergo ex fi-
de, pacem habemus ad deum.

¶ Undecimo. Et Bernh. sermo. de annunciati. i. Necessē est enī pri-
mo oīm credere q̄ remissionē peccatorū h̄re non possis, nisi per in-
dulgētia dei, sed adde adhuc, vt credas, & hoc, q̄ per ipsum peccata
tibi donantur, hoc est testimoniū, qd̄ perhibet Spūs sanctus in cor-
de tuo, dicens, dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enī arbitrat̄ur Apo-
stolus gratis iustificari hominem per fidem. Hęc ille.

¶ Ista & multæ auctoritates, tam expresse, tam copiose ducunt, co-
gunt, captiuant me in sententiā, quam dixi.

¶ Quare Reuerendiss. in Ch̄o pater, qm̄ es diuino munere vn̄ in-
signib⁹ donib⁹. presertim iudicij acrimonia donatus. Rogo humiliter
R. P. T. dignes clementiss. mecū agere, & cōscientiā meā cōpa-
ti, ac demōstrare lucē, q̄ possum hac aliter intelligere, & nō cogere
ad reuocationē eorū, q̄ etiā teste cōscientia, non alia duco, q̄ ea, quib⁹
me necesse sit consentire. Et st̄atib⁹ his auctoritatib⁹, aliqd̄ facere
nō possum, nisi q̄ obediendum esse deo magis q̄ hominibus, scio.

¶ Velitq̄ R. P. T. apd̄ Sanctiss. dñm n̄m Leonē decimū p̄ me in-
tercedere, ne tāta rigoris inclemētia in me permoueat, vt i tenebras
p̄iciat animā, quarentē nō nisi lucē veritatis, & paratissimā cede-
re, mutare, reuocare oīa, vbi aliter intelligenda esse edoc̄ta fuerint,
Nec tam arrogans & vanæ gloriæ studiosus sum, vt hac causa pus-
deam reuocare male dicta, immo gaudium meū primū fuerit, victri-
cem fieri veritatē. Solū ne qd̄ contra conscientia meā sensum tenta-
re cogar. Nam sine oīm scrupulo hanc esse scripturarū sententiā cre-
do, Dñs Ihes⁹ regat & seruet Reuerēdissimā P. T. in eternū, Amē.

¶ Quæ cum altera die obtulisset, primo contēpsit, & verba esse,
missurū tñ ea ad vrbē sese dixit, interim ad reuocationem vr̄gebat.
intentans censuras sibi demādatas, ac nisi reuocare, abire & nō redi-
rem in cōspectū suū. Quo audito, cū viderē eū esse firmatū in p̄pos-
sito, nec velle audire scripturas. Ego quoq̄ firmassem p̄positū nōn
reuocandi, abij sine spe redeundi. Nam q̄q̄ dixit, & etiā nūc glorie-
tur, sese paterne non iudicialiter mecum acturū, nō intellexi tā hanc

patern
cōtra c
& cōu
natorū
& Car
ex sacr
veller,
tius in s
tam va
one, v
¶ Vb
de cor
tem co
illum, c
terpret
ex sacr
tuli, sci
suetud
ditum
rit, vol
esse, ne
ca & K
tionibu
sura tr
volunt
rit nost
tionem
¶ Por
cedent
indust
dis sui
bus Th
se effe
tra, sed
um reu
¶ Igit
co, tum

paternitatē, omni iudicio rigidiorē esse, vt quæ nō nisi reuocationē
cōtra cōscientiā exigeret, nec saltē vellet, aut posset potius, ostēdere
& cōuincere errore. Nam cū vidisset a me reſci scolasticorum opi-
natorū cōmenta, promisit quidē, se acturū cōtra me sacra scriptura
& Canonib⁹, quod quō intellexerit, iterū ignoro. Nullā enī syllabā
ex sacris literis contra me produxit vnq̄, nec vsq̄ hodie, si q̄ maxie
vellet, posset, cū vno omniū consensu firmatū sit, nihil de indulgen-
tijs in sacris literis haberi, quæ potius non nisi fidem cōmendant. &
tam vacuæ sunt indulgentiarū memoria, q̄ plenæ sunt fidei eruditi-
one, vt impossibile sit, vtrū illorū articulorū posse cōuelli per ipsum
¶ Vbi ego vero scripturas p me attuli, cœpit homo, paterne agēs,
de corde suo mihi fingere glosas. Et qui tam vigilanter Extrauagā-
tem contra me obseruarat, satis pulchre dissimulabat Canonem
illum, quo prohibet Ecclesia, ne quis proprio ingenio scripturas in-
terpretetur, & iuxta Hilarium, non afferendas, sed referendas esse
ex sacris literis intelligentias. Nec tamē hanc violentiam eius agre-
tuli, sciens eam facultatem interpretandi, ex longa Ro. Curiaē con-
suetudine, & scolasticorum distinctorum vsu sibi presumptam, Cre-
ditum est enim iam diu, q̄ quicquid Rom. Ecclesia dixerit, damna-
rit, voluerit, id mox omnibus dicendū, damnandum, volendum
esse, nec aliam reddi rationem oportere, q̄ quia sic sedes Apostolicā
& Ro. Ecclesia sentit. Hinc relictis sacris literis, & acceptis traditi-
onibus, verbisq̄ hominum, factum est, vt Ecclesia Christi non mē-
sura tritici pascatur, nec verbo Christi, sed non raro, temeritate &
voluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur, & deo profeces-
sit nostræ infelicitatis magnitudo, vt ad reuocationem & abnega-
tionem fidei christianæ, & sacratissimæ scripturæ incipiant cōpellere
¶ Porro, Si iste est modus reuocandi, nihil video futurū, q̄ vt pre-
cedentem reuocationem, sequente alia, sine fine reuocē. Nam, si qua
industria suum ipsius dictum, in eum ipsum retorsero, cito aliud cor-
dis sui Idolum mihi fingeret (Est enim mire foecunda distinctio-
nis Thomistica Theologia, ac vere Protheus quidam) cui necesse
esset denuo, reuocando obedire. Cum enim non in soliditate pes-
tra, sed in arena cogitationū suarum vagetur, nihil aliud, q̄ perpetu-
um reuocandi negotium mihi incumberet.

¶ Igitur accepto mandato non redeundi, mansi tamen eodē in lo-
co, tum vocato Reuerendo & optimo patre meo Ioanne Stupitio

B

Vicario, egisse dicitur multis, vt ad reuocationem inducerer spon-
taneam. Mansi & sequente die, & nihil mandabatur.

¶ Tertia die scilicet dñica mansi, & lras dedi, nec aliquid responde-
batur. Quarta die mansi, & nihil fiebat. Idē silentium quinta die pas-
sus, tandē consulentibus amicis, presertim cū antea iactasset, se se hñe
mādatū, vt & me & vicariū incarceraret, disposita appellatiōe affis-
genda, recessi, sat periculosam obedientiā me prestiisse arbitratus.

¶ Nunc, mi lector, tu mihi conueniendus es. Posteriolem istam res-
sponsonē meam, eisi cū multa reuerentiā dedi, ac velut in arbitrium
Summi Pontificis reposui, non tamen id me fecisse credas, q̄ de re
ipsa dubitem, aut animi sententiā sim vnquā mutaturus. Veritas
diuina est, etiā domina Papæ, nō enim iudiciū hominis expecto,
vbi diuinū iudiciū cognoui, sed quia oportuit reuerentiā seruare ei,
qui vice summi Pontificisungebatur, tum q̄ etiā verissime dica-
ta, oporteat cum humilitate & timore asserere & tueri.

¶ Priorē vero nihil refert vt ut acceperis, nam in ipsa nullū pericu-
lū est, stet siue cadat, nec indulgentiis quippiā accedit, si victa ac falsa
fuerit, nec quicq̄ decedit, si vicerit, veraq̄ fuerit. Nec ad rem ipsam
multum pertinet, nisi q̄ per eius ingressum, subdole totius disputa-
tionis calumnia quarit̄. Nā si superbius voluissē agere, nō potuis-
issē ad vnū verbum cogi, cum tota disputatio iam sit dedicata &
oblata Pontifici, ita vt ad me amplius nihil pertineat, nisi expectare
sententiā. In posteriore vero responsione certe summa pender sa-
lutis. Nō es malus Christianus, siue scias siue ignores extrauagantē,
nō es aut̄ nisi hæreticus, si neges fidem verbi Christi. Quid hic pre-
mam & taceam, credo te sentire, optime lector, non sine gemitu.

¶ Vnū tamē te latere non volo, hac disputatione nihil queri q̄ syn-
cerā scripturæ intelligentiā, quā nobis in multis locis, sacra illa, vt vo-
cant, decreta, si non corrumpunt, certe verbis detortis ac male tra-
ctatis obscurāt, & velut obducta nube purissimū solem tegunt, de
quo aliquando latius, si aliquis mihi Romanus adulator obstre-
perit prestabo, deo propitio, quendam iuristheologū. Sed qui
parū sit placiturus, presertim Romanæ Curie adulatoribus, iam
dudum enim gestit animus laudare bellum, quod gessit Iosue ad-
uersus Haitas. Interim hunc gustum tibi prestabo, q̄ conclusio mea
vere est contra Extrauagantem illam, ideo falsa & erronea, & reuo-
canda, quare & reuoco eam solenniter in his scriptis, damnatam q̄

a me ip-
hodie
¶ Sec-
falsan-
alijs
sensue
¶ Ecc-
in sanū
tatis ve-
faciā, s-
Nā R-
Papæ s-
Frider-
re & ab-
negare
¶ Pri-
vt tran-
porale
aterno
At dec-
a Mose
Pontif-
tortam
sus rale
impñs
Chri e-
Chro s-
aut Pau-
p me,
tiā, quā
latū fac-
tro ord-
pposit-
Et. R.
iestatis
pam ib-
verā in

a me ipso pronuncio, profiteor denique, quod ita posita est a me, & usque
hodie placet ipsa, atque si posita non esset, adhuc ponerem.

¶ Secundo, reprobō, damno, detestorque extrauagantē illam, tanquam
falsam & erroneā, meritoque reprobandā, profiteorque bonū fuisse eā,
alijs & bis positā esse, nō quod sit falsa in suo sensu, sed quod in Theologico
sensu errat, cuius verba inducit contra sententiā textus apertissimā.

¶ Ecce reuocationē, iam satisfeci, etiam aduersarijs, spero. Quid
in sanū me putas, lector, aut ebrīum censes? Nō insanio, sed sobrie
tatis verba loquor. Quod ut ostendam, etiam crassissime ruditati clarū
faciā, solere scilicet Pontifices vim facere sacris literis in suis decretis
Nā Reuerendissim⁹. D. Legatus omnium impatiētis, tulit quod nec
Papae sanctitati perpercerim (sic enim scribit ad Illustriss. Principē
Fridericum &c.) & relatione indigna dixerim, quod Papam torque
re & abuti scripturis dixerim, nitendum itaque mihi est, ut non possit
negare, vim scripturae aliquando factam.

¶ Primo dicit decretalis de consti. translatō sacerdotio necesse est
ut translatio legis fiat, Haec Apli & ba sunt ad Haebreos dīcētis, tē
porale sacerdotiū legis, finitū & abrogatum, succedente sacerdotio
aeterno Chri, Hęc est germana et genuina sententia istorū verborū.
At decretalis huius sententia est haec, sacerdotiū Chri est translatum
a Mose in Chri, & a Chro in Petrū. Sic enī interpretant iuristae, &
Pontifex permittit, seu approbat. Quis autē non videt alienam hanc,
tortamque & abusiuisimā esse verborū intelligentiā? immo pro
sus talem, quae nisi multo sudore moderet, simul & indoctissima &
impiissima sit. Impiissimum est enim dicere, sacerdotium & legem
Chri esse abrogata & finita, ut Petr⁹ sacerdos & legislator, amoto
Chro sit, id enim significat pprie verbū Apli, trāslatio. Nolo Petrū
aut Paulū sacerdotē hēre, quā & ipse peccator est, nō habēs, neque quod
p me, neque quod p se, offerat. Ut interim taceā, foedissimā arrogan
tiā, quā talis olet intelligentia, scilicet in solū Petrū a Chro fuisse trās
latū sacerdotiū Chri. Quasi ceteri Apli remanserint laici, aut a Pe
tro ordiati fuerint sacerdotes & Apli. Igitur, si nunc posuero hanc
ppositionē, sacerdotiū Chri, nec in Petrū, nec in Papā translātū est.
Et, R. D. L. mihi hanc decretalē opposuerit, cū gestu & tonitru ma
iestatis suae, & urgeat me ad reuocationē, & ego responderim. Pa
pam ibi torque scripturas, & abuti verbis eius, meā autē conclu. esse
verā in theologico sensu, decretalē autem forte in aliquo alio abuti

B ij

uo, putas me debere formidare minas verbi hūani quibus terreor,
quali indignū relatu dixerim, & sanctitatē Papæ nō perperceri. Ho
norabo sanctitatē Papæ. Sed adorabo sanctitatē Christi et veritatis
¶ Item, Si illud Matthei, x. Tu es Petrus, & tibi dabo clauces regni
coelorum. Quodcunq; solueris &c. tractarē, vel in scolis, vel in sug
gesto, Et ponerē hanc ppositionē. Istis verbis nō potest pbari. Ro
manā Ecclesiā esse cæteris per totum orbem Ecclesijs prælatā. Et
mihi. R. D. L. opposuerit (credo cū cōmotione, præ relati ind. gnis
tate) dis. xxi. vbi Pelagius Papa tanta voce clamat, nō synodicis de
cretis, sed Euāgelica voce (bñ voce, sed nō sensu) Ro. Ecclesiam eē
cæteris ecclesijs prælatā, et ad id inducat hunc Matthei Apli locum,
Credis ne me relicturum euangelicum sensum, & non nisi Pelagij
sensum amplexurū, qui vocē non sensum Euangelij sese faciat seq?
Non quod nouā Monarchiā nostri sæculi Romanorū damnē, aut
negē, sed q; vim scripturę verbis fieri nolim, & insulsiſsimorū quo
rundam hominū stulticiam reprobē, qui nobis Ecclesiam Chri, tem
pori & loco affixerunt, cōtra verbū Christi dicētis. Non veniet reg
nū dei cū obseruatione, & Christianū esse posse audent negare, qui
nō sub Ro. Pōtifice, decretisq; ei? oppōſitus fuerit. Ac sic plusq; octin
gentorum annorū Christianos totius orientis & Africę nobis ex
Ecclesia Chri eiciunt, qui nunq; sub Ro. Pontifice fuerunt, nec Euan
gelij vnq; sic intellexerūt. Nam adhuc, S. Gregorij tempore, Ro.
Pontifex, v? Epus nō salutabatur. Immo ipemet Grego, licet Ro.
Epus, accerrime persequit nomen vniuersalis Epī, & totius Ecclesie
Pontificem, plus fere sex epistolis, vt non dubitet vocabulum eius
modi, prophanum appellare, quod nostro seculo & solum appella
tur sanctissimū. Sic enim Petrus ceteros Apostolos non creauit (sic
enim hodie vocatur Episcopus ordinare) ita successor Petri, nullū
successorem aliorū Apostolorum creauit. Deniq; non nisi fratrē &
coepiscopum & collegam vocauerunt Ro. Ponti. cæteri Episcopi,
vt Cyprianus Cornelium, & Aug. Bonifacium, & alios.
¶ Vnde. S. patres, illud Matthei. Tibi dabo, non intellexerunt ad
sensum sacri istius Canonis, super cæteros fuisse Petro dictum. Sed
vnus (inquiunt) p omnibus, vt aequalitas vna omnīū exprimeret,
dū quod Petrus respondet, omnes & singuli respondent. Vnde &
alio loco in plurali eandem sentiā dicit. Quodcunq; ligaueritis &c.
& quod vni dicit, omnibus dicit, Deniq; non primū super Petrum

descen
legitur
fer, non
¶ Igitur
& prop
potest,
tas a de
virtute
cuerit c
¶ Tal
quæ, si
adhibea
¶ Sic n
indulg
est, vbi
& pstit
(credo
tias aut
tam ape
gantē, v
hoc, si h
auderē
se dicit
sapienti
verā, ai
nec pōt
fit, nihil
scriptur
usue ac
vtrūq;
sensum
clusionē
bis falsa
nem co
& dedū
opinio,
non igit

descendit Spiritus sanctus in die penthecostes, nec in terris primum legitur insuflasse in Petrum, quod tamen si quod maxime factum fuisset, non ideo Petrus Monarcha præ cæteris fuisset Apostolis.

¶ Igitur Canon ille sit verus, admitto, sed abusive, mea, euangelico & proprio sensu, conclu. vera est, quod si Monarchia Papæ probari potest, potius ex illo Apostoli Ro. xiiij. probabitur. Omnis potestas a deo est, & quæcumque a deo sunt, ordinata sunt, huius inquam virtute (proprie loquendo) subijcitur sedi Romanæ, donec deo placuerit qui solus, non etiam Ro. Ponti, transfert regna atque constituit.

¶ Talia multa, mi lector, in sacris decretis inuenies, & alia quædam, quæ, si nasum sponsæ respectorem Damasci .i. carnis & sanguinis adhibeas, sapius odore offenderis.

¶ Sic nunc de Extravagante illa dico. Merita Christi non sunt thesaurus indulgentiarum, quia sine papa operantur gratiam. Hæc propositio Euangelica est, ubi scribitur in multis locis Christi sanguine & obedientia nos factos & constitutos iustos, præsertim Ro. v. Per unius (inquit) obedientiam (credo hæc esse merita Christi) iusti constituti sunt multi, per indulgentias autem nemo sanctus efficiet, quod de meritis Christi affirmari, est contra tam apertas scripturas. Igitur, an sit ista propositio contra vel extravagantem, vel intravagantem non curo, prior est veritas scripturæ, & post hoc, si hominis verba vera esse possunt, videndum. Nam ego certe non audeo unquam asserere, quod per indulgentias, amici dei fiat, sicut expressè dicit Extravagans, ducens verbum sapientis, de participatione æternæ sapientie dicentis, ad participationem indulgentiarum. Fuit istæ scripturæ veræ, an tempus illius extravagantis, nec ab ipsa receperunt veritatem, nec potest dici, quod de indulgentiis loquantur, cum per totam ecclesiam notum sit, nihil in scriptura haberi de indulgentiis, ideo necessario sequi, si quod scripturæ de eis interpretentur, ut hic sit, vim eis fieri, & improprie ac abusive accipi. Nihilominus tamen reuerentiæ causa, veram eam confiteor, & utrumque sensum volo tueri. Et dicunt mihi, immo istum (.i. deteriore) sensum seruabis. Alterum (.i. germanum) negabis. Ideo si meam conclusionem cogor falsam dicere, faciam quidem, sed simul extravagantem bis falsam predicabo. Nam quod in me criminantur, contra communem consuetudinem me sentire de indulgentiis, plane fateor ita esse & dedita opera a me factum, ut discuteretur aliquando ista communis opinio, iuxta quam merita Christi vocari thesaurum indulgentiarum, non ignorabam, sed mihi falsa ad verborum sonum videbatur,

ideo posui, q̄ clauē merito Christi donatæ essent hic thesaurus, non omnino reiiciens ab indulgentijs merita Christi, sed ad alium sensum exponēs, quā haberet opinio cōis. Quæ nisi cū hūilitate & reuerentia voluisssem cōi huic opinioni contra dicere, omisisssem dicere clauē merito Christi donatas, vt penitus merita Christi excluderē. Nunc aut̄ inuolui, vt mitior esset cōtradictio. Quin nō peccassem mortaliter, si extrauaganti in faciem restitisssem. Et illud Diui Hieronymi adduxisssem, vbi de hīs loquens, qui quicquid dixerint, legē dei putant, dicit, Nec scire dignant̄, quid p̄phetæ, quid Apostoli senserint (nota senserint) Sed ad sensum suum incogrua aprāt testimonia, quasi grande sit, & non viciossimū docendū genus deprauiare sententias, & ad voluntatē suā scripturam trahere repugnātem. Sic certe facit hæc extrauagans. Nam verba de meritis Christi, quibus remittuntur peccata, trahit ad indulgentias, quod qua fiat congruitate, aduerte quæso. ¶ Merita Chrii tollunt peccata, & auget merita. Indulgentiæ tollunt merita, & relinquūt peccata. Et potest idem textus de vtriusq̄ proprie intelligi? Credo Orestes quoq̄ hoc negabit, Et tñ ego, reuerentiæ studio, id admisi, & asserui, licet multa violētia, deniq̄ cū sit obscura verbis extrauagās, et vere quæsdā extrauagans, nunc sonans q̄ merita Christi sunt, nūc q̄ acquisierunt thesaurū indulgentiarū, dixi, q̄ & pro mea sententiā stare potes cōtra cōmunē sententiā, & super hac dubia tortrice verborum dei, & deprauatrice (vt Hiero. ait) sententiā. Ego certā reuocationē faciā, non conuictō errore? nō faciā, sed constanter & cū fiducia nego. Merita Christi esse in manu Papæ villo modo (vt verba sonāt) ipse viderit quomodo suam extrauagantem intelligat.

¶ Sat igitur sit pro hac vice ostendissē, Nō in omnib⁹ decretis Pontificū haberi, verū legitimū sensum scripturæ, ideoq̄ citra eorum iniuriam, posse aliter dici, teneri, sentiri, quā ipsa ipsi habent, siquidē ipsimet scripturæ interpretādæ auctoritatē, doctoribus tribuūt, sibi vero iudiciū descendendarū causerū. Deinde alta est facultas Iuridica q̄ theologica, multa permittunt̄ in illa, quæ in hac phibent̄. Euent iuristæ suas traditiones, multo magis nos Theologi, puritatem scripturæ seruemus, eoq̄ magis, quo videmus nō saeculo, surgere nocentissimos adultores, q̄ Summū Pōtificē, vltra Cōcilia eleuāt scilicet, vt vno Cōcilio p̄ alterā re. pbato, nullū nobis certū relinquatur, tandem omnia simul conculcet vnus homo Papa. Idem super

Cōciliū
lio auctō
¶ Sunt
impud
perijt, se
minis in
& perni
testor, n
lis resisto
re molit
tantum
statū pr
sancta, p
sine dub
¶ De qu
dictarun
deas, q̄
German
missum
German
tem faci
D

¶ Dile
stras pe
gustini
& ab eo
super h
& erect
sia, fide
fuisse. N
bili frat
meræ A

Cōclitū & infra, supra, dū potest damnare, infra, dū accipit a concilio auctoritatem tanquam a maiori, qua fiat supra concilium.

¶ Sunt quoq; qui Papam non posse errare, & supra scripturā esse impudentissime iactitent, quæ monstra, si admissa fuerint, scriptura perijt, sequenter & Ecclesia, & nihil reliquum erit, nisi verbum hominis in Ecclesia. Sed querunt ij adulatōres inuidiam, deinde ruinā & perniciem Romanę Ecclesię. Quare ego coram te, lector, protestor, me colere & sequi Romanā ecclesiam in omnibus, solum illis relicto, qui nomine Ecclesię Romanę, Babyloniam nobis statuerent moliantur, volentes quicquid cogitare poterint, modo linguam tantum mouere possint, vt Romanam Ecclesiam nominēt, totum statū pro Romanę ecclīę sententiā accipi, quasi nō supersit scriptura sancta, per quam (vt Aug. ait) de omnibus iudicamus, contra quā sine dubio Romana Ecclesia nunquam sapit aut statuit.

¶ De quorū numero esse credo, suauissimos istos sycophantas, qui dicarunt quoddā breue Apostolicum cōtra me, cuius formā, vt vides, q̄ prudētibus insidijs sint vsi, volo in publicum dare. Nam in Germania fuisse confictum, & aliqua deinde industria ad Romam missum, & forte solo nutu alicuius magnatis Romę remissum ad Germaniam, statim addita postilla, te vel certū, vel suspiciosum saltem faciam, pertinet enim & hoc ad actorum meorum partem.

DILECTO NOSTRO FILIO THOMAE,
Tituli Sancti Sixti p̄sbytero Cardinali nostro &
Apostolicę sedis delatere Legato.

LEO PAPA .X.

¶ Dilecte fili noster, salutē & Apostolicā ben. Postq̄ ad aures nostras peruenerat, quēdā Martinū Luther ordinis Eremitarū. S. Augustini Professorē, in reprobum sensum versum, nōnulla heretice, & ab eo, quod Sancta Romana tenet Ecclia, diuersa asseuerare. & super hoc Cōclusiones, necnon famosos libellos temeritate ppria & erecta ceruice, laxatis obediētię frenis, inconsulta Romana Ecclesia, fide magistra, in diuersis Germanię partibus, publicare ausum fuisse. Nos temeritatem suam paterne corrigere volentes: Venerabili fratri nō Hieronymo Episcopo Asculano, Curię causarū Camera Apostolicę gnali auditori, cōmisimus, vt ipsum Martinū ad

compendū psonaliter corā eo, & se super præmissis examinādū,
& qualiter de fide sentiret, respōdēdum, sub certis pœnis moneret,
ipseq; Hieronymus auditor, cōtra dictū Martinū monitoriū hmōi,
vt accipimus, decreuit. Nuper autē ad noticiā nostram deuenit, q; di
ctus Martinus, benignitate nostra abusus, & audacior effectus, mala
malis addendo, & pertinaciter in hæresi persistendo, nōnullas alias
cōclusiones, ac famosos libellos sicut publicauit, in quibus nōnulla
alia hæretica, et erronea continent. Quod quidem mentē nostrā nō
modicū perturbauit. Quare, put pastorali nro incumbit officio, in
præmissis occurrere, & ne pestis hmōi adeo inualeat, q; simplicium
anios inficiat, providere volentes, circūsp̄ctioni tuę (de qua tū ob
singulārē doctrinā, & rerū experiētiā, tū ob in nos, & hanc sanctā
sedē, cui⁹ honorabile membrū existis, syncerā deuotionē, plurimū
in dño cōfidim⁹) per p̄ntes mandam⁹, vt eisdē præsentib⁹ receptis,
absq; vlla mora, quoniā res apud nos, tum ex fama, tū & facti per
manentia, notaria, & inexcusabilis est, dictum Martinū hæreticum,
per prædictū auditorem iam declaratum, ad personaliter coram te
cōparendum. Inuocato ad hoc tam charissimi in Christo filij nostri
Maximiliani Romān. Imperatoris Electi, q̄ reliquorū Germaniæ
Principū, cōitatū, vniuersitatū & potentatū, tam Ecclesiasticorū,
q̄ seculariū brachio cogas atq; cōpellas, & eo in potestate tuā reda
cto, eum sub fideli custodia retineas, donec a nobis aliud habueris
in mandatis, vt corā nobis & sede Apostolica, ac q; si corā te spon
te ad petendum de huiusmodi temeritate veniam venerit, & ad cor
reuerfus pœnitentiæ signa ostenderit, tibi eū ad vnitatē sanctæ ma
tris Ecclesiæ, quę nunc claudit gremiū redeūti, benigne recipien
di concedimus facultatem, si vero in pertinacia sua perseuerans, &
brachiū sæculare contemnens, in potestatem tuam venerit, tibi in
omnibus Germaniæ partibus eum ac omnes ipsius adherētes, & se
quaces, etiā per edicta publica ab instar illorū qui olim in Albo præ
torio scribebant, pro hereticis, excōmunicatis, anathematizatis, &
maledictis publicandi, & ad omnibus Christi fidelibus, tanq; tales
evitari faciendi, concedimus similiter facultatem, & vt celerius, &
facilius morbus huiusmodi exterminet, vniuersos & singulos præ
latos, & alias ecclesiasticas personas, tam seculares q̄ quorumuis
ordinum etiā mendicantium regulares necnon Duces, Marchio
nes, Comites, Barones, ac quascūq; Cōmunitates, vniuersitates, &

potenta
ritate no
infradio
& hab
ant, & a
suadere
sitates,
sequace
auxiliū,
ex quib
Vniuer
terras, &
dictū M
perman
Manda
bus, vn
quod ec
rū, Mo
bilitatis
ro ad la
oēs actū
rū a nob
tentorū
& hore
qua, illic
dictis o
riā, seu r
re prese
priuileg
quauis
dinis &
aut pers
eis cauer
lo mod
nores, a
habeñ. a
rogatur

potentatus (p̄fato Maximiliano electo Impatore excepto) aucto-
ritate nostra etiam sub excommunicationis latae sententiæ, & alijs
infradicendis pœnis moneas, & requiras, vt sicut reputari cupiunt
& haberi fideles, dictū Martinū, & eius adherētes, & sequaces capi-
ant, & ad manus tuas transmittāt. Quod si, qd' absit, qd' nobis per-
suadere nō possum⁹, p̄dicti Principes, Communitates, Vniuersi-
tates, & potentatus, aut aliquis eorū, Martinū, aut adherentes &
sequaces p̄dictos quomodolibet receptauerit, se eidem Marti-
no auxiliū, cōsiliū vel fauorē, publice vel occulte, directe vel indirecte
ex quīs causa quōlibet dederint, eorundē Principū, cōmunitatum,
Vniuersitatū, & potentatū, ac cuiuscūq; eorum ciuitates, oppida,
terras, & loca. Necnon ciuitates, oppida, terras, & loca, ad que p̄-
dictū Martinū declinare contigerit, donec dictus Martinus ibidē
permanerit, & per tridū post, ecclesiastico subiicimus interdicto.
Mandantes nihilominus, & singulis principibus, ac communitati-
bus, vniuersitatib⁹, & potētatibus p̄dictis, vltra p̄fatas pœnas,
quod ecclesiasticos & regulares p̄dictos, sub priuationis ecclesia-
rū, Monasteriorū, et aliorū beneficiorū ecclesiasticorū, necnō inha-
bilitatis ad ea in posterū obtinēda, priuatione quoq; feudorū, quo ve-
ro ad laicos, dempto p̄dicto Imperatore, infamiæ, inhabilitatis ad
oēs actus legitimos ecclesiasticæ sepulturæ, priuationis quoq; feudo-
rū a nobis & sede Apostolica, vel quibusuis alijs etiā sæcularib⁹ ob-
tentorū pœnis eo ipso incurrendis, quatenus mandata requisitionis,
& hortationes tuas sine exceptiōe, cōtradictiōe, & republicatiōe alia
qua, illico exequant, & a cōsilio, auxilio, fauore, & receptatiōe p̄-
dictis omnino abstineant, obedientibus vero indulgētiā etiā plena-
riā, seu retributionē aliquā, aut gratiā arbitrio tuo concedendi, teno-
re p̄sentis tibi tribuimus facultatē, nō obstantibus exemptionib⁹,
priuilegijs & indultis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, quibusuis ecclesiasticis seu cuiuscūq; or-
dinis & medicantium regularibus, Ecclesijs, Monasterijs, siue locis,
aut personis etiā sæcularibus quomodolibet cōcessis, etiam, si in
eis caueretur expresse, quod excommunicari, suspēdi, interdici nullo
modo possint, cum irritantis decreti appositione, quibus eorū te-
nores, ac si de verbo ad verbū p̄sentibus insererentur pro expressis
habēnt, ad affectū p̄sentis specialiter & expresse derogamus, & de-
rogatum esse volumus. Ceterisq; contrarijs quibuscūq;. Datum

Romæ apud. S. Petrum, sub annulo piscatoris. Die. XXIII. Augu-
gusti, M. D. XVIII, Ponti. nostri Anno sexto,
la, Sodoletus.

POSTILLA .F. MARTINI LVTHER SV-
PER BREVE PRAECEDENS.

¶ Deinde, quis dixit Pontifici me ab usum benignitate sua, qua me
per . D. Hieronymū citari fecit? cum tempore huius dati brevis
aut certe huius benignitatis abusus, ego nondum quicquid de citatio-
ne audierim, vt infra scies, sed insulsus aliquis Leuco corax in Ger-
mania meam videns fiduciam, ista crocitrauit.

¶ Item, q̄ in hæreli pertinaciter post Hieronymianam citationem
& monitionem perstiterim, & alios libellos adiderim, est apertum
mendatiū, non solū enī ante datū huius brevis, sed etiam ante datū
monitorij, cessatum erat a libellis adendis meis, exceptis resolu-
tionibus, quas necdū citatus plene absolueram, seu satis indicat na-
sus, displicuisse defensionem meam vulgari, quibusdam cucullis.
Quibus cum non cederem, fingunt mihi, pontificem quendam de
permanentia facti, de fama notoria & inexcusabili, diuinantem. Iste
enim Leo decimus, quem illi fingunt, forte est inter rationem rei
racionabilis, & rei ratiocinantis natus.

¶ Vltimo & omnium suauissimū. Breue hoc datum est. xxiiij. Au-
gusti. Ego autem citatus & monitus fui septima Augusti. & sic in-
tra datum brevis & citationem cucurrerunt. xvi. dies. Calculū po-
ne lector, & inuenies dominū Hieronymū Episcopū Asculensem,
vel ante mihi insinuatā citationē, aut intra decimū sextū diē, post in-
sinuatā, processisse contra me, iudicasse, damnasse, declarasse. Si nūc
quarā, vbi tunc sexaginta illi dies mihi dati in citatione mea, qui in-
coeperūt a septima Augusti, finiebant autē circiter septimā octobris?
Est iste mos & stilus Romanæ Curia, vt eadē diē, citent, moneant,
accusent, iudicent, damnent, declarent? Præsertim tanto spacio abs-
sentē & ignorantē. Quid respondebunt, nisi sese oblitos fuisse elle-
bori. quando hoc mendacium adornare parabant?

¶ In fine, mi lector, accipe fidele meum monitoriū, vt cunq; cesserit
meis propositōibus, & quātūcūq; indulgētias eleuauerint, ne in me
am stultitiā aliquādo cadas, moneo. Ego enī vere mihi donari meri

ta Chri
cedens
gentia
oim B
certe co
onibus
tū mal
lector,
senten
esse eos
indulg
tiffacti
mo sal
porro o
inastin
ac nō r
urgeba
sent, sol
sacros
māq; se
vel noī
uatoris
dio: At
quæstu
Iudis, s
fallat ne
pseud
vt in er
falsa, si
sequi n
da, & v
dimun
sti, q̄ m
tīs tam
sua, vo
debui,

ta Chri per indulgentias aliqui credebā. Atq; hac stulta opinioe pcedens, docui, & iactavi in populū, qñquidē tantæ res essent indulgentiæ, nō licere eas relinqre, viles, & cōtemptas hñe, nō aduertēs oim Bardorū bardissimus, q; eo sermone, pene pceptū salubre, aut certe consiliū necessariū facerē, ex permissionib⁹, licentijs, relaxatiōibus, Huc enī me perpulit sensus meus, opinionū & extrauagantiū male lucidis verbis deceptus, Erraui, testis lector. Reuoco, testis lector, postq; autē receptis oculis viderē, ab oibus doctōribus, vna sententiā tradi, indulgentias melius omitti q̄ redimi, & foeliciores esse eos, qui per se satisfaciunt, q̄ qui indulgentias redimunt. Essēq; indulgentias aliud nihil, q̄ relaxationes bonorū operū, quibus satisfactio impletur, mox vidi, procliuī sequela, eas posse cōtemni, immo saluberrimū esse consiliū, vt relinquuntur, & viles habeantur, porro cōtemnere, relinqre, vilia ducere, sacrosancta, preciosissima, inestimabiliaq; merita Christi (.i. indulgentias) horrēdū sonabat, ac nō tā cōsiliū, q̄ furentis impietatis verba iudicabant. Ad hęc perurgebat, q; indulgentiæ sine nomine meritorū Christi, vilissimæ essent, soloq; titulo meritorū Chri, rerū oim præciosissime fierēt, ac sic sacrosancta (heu) incōparabilia merita Chri, ad turpissimā foedissimāq; seruitutē quest⁹ pretexterent. Quis enī Chriatorū, si audiat, vel noīari, nedū exhiberi, vulnera, sanguinē, labores dulcissimi Saluatoris sui, nō vitā quoq; , nedū pecunias prodigeret, idq; cū gaudio: At quo rurū dolore cruciaberis, si hęc oīa, nō nisi in teterrimū quæstum seruiue videris, ac non vno Iuda, nec semel, sed innumeris Iudis, singulisq; momentis vendi, reuerendiq; Christū Igit̄ non te fallat nomen Christi, recordare prædictum esse, multos venturos pseudochristos in nomine Christi, tantaq; prodigia & signa duros vt in errorē ducant (si fieri potest) etiam electos. Sit mea propositio falsa, sint merita Christi thesaurus indulgentiarum, sed cogita, q; hinc sequi necessariū est, & dicere te oportet. Merita Christi relinquenda, & vilia ducenda esse, foeliciores esse eos, qui merita Christi nō redimunt, q̄ eos, qui deuotissime eadem quærunt. Et cū merita Christi, q̄ maxime (natura sua) ad bona opera impellant, in indulgentijs tamen sibiipsis pugnantia, bona opera relaxant, & quod natura sua, voluntateq; dei faciunt, id voluntate Papæ solunt. Feci, quod debui, lector, si deinceps erras, sine mea culpa erras. Vale.


XIII. Aug

SV

ua, qua me
dari breuis
de citatio
ax in Ger
citationem
st apertum
n ante dat
ptis resolu
indicat nas
m cucullis.
tendam de
nantem. Is
ationem rei
xxiij. Aug
sti. & sic in
aleculū po
sculensem;
liē, post in
asse. Si nūc
nea, qui in
i octobris;
moneant;
spacio ab
fuisse elle
nq; cesserit
nt, ne in me
onari meri







Disputatio
facij & C. vlogst.

533







8 d. g. h. v.

4

Acta. f. Martini

Luther Augustiniani apud

Dominū Legatum Apostolicum
Augusta.

